3595 in via Tiburtina prope civitatem ad sex miliaria passuum ANTIQ. Apud ecclesiam S. Poli supra Tibur FABR. *Credesi che intorno a gl' acquedotti antichi dell' acqua Marcia la fameglia di questo cognome havesse il sepolcro gentilitio nel suolo Tiburtino, onde sia stata estratta una pietra, che ora giace nella terra di Santo Polo, quindi non lungi* MARZ.

T · MARCIO · T · F · FALG · LE
SACERDOTI · FETIALI · TR *mil*
LEG · XIIII · GEM · Q*uaest pro pr*
PROVINCIAE ACHAIAE A*b actis*
SENAT · AED · CVR · PRAET · C*and*
CVRATORI · VIAE · LATINAE *legato*
LEG · $\overline{II}$ · AVG
GRANIA · TERTVLL*i* . . .

Bis descripta est. Alterum exemplum reperitur apud Antiquum n. 13 (Hamilt. f. 63', Red. f. 126'; ex hoc Gudius ed. 131, 6); alterum apud Marzium II p. 235 (ex hoc Kircher Lat. p. 209, ex quo rursus Vulpi Lat. 10 p. 452; item ex Marzio Cabral et del Re p. 123, unde Henzen syll. n. 6020) et paullo aliter apud Fabrettium 702, 234 'ex schedis Barberinis'.

Variam lectionem dedi Antiqui Marzii Fabrettii. — Versus 1—6 non accurate distribuuntur apud Antiquum, certe in codicibus Ham. et Red. — 1 dedi quae exhibet Antiquus (nisi quod pro MARTIO, ut ille habet, dedi MARCIO) quamvis corrupta sint; T·MARCIO III Marz., T·MARCIO Fabr. — 2 FECIALI Antiq. — TR servavit Antiq., om. Marzi et Fabr. — LE (post TR) inserit Antiqui cod. Hamilt. — 3 CEM Marz. — Q servavit solus Fabr. — 4 ACAIAE Marz. — A.. Marz., AD... Fabr., om. Antiq. — 5 CVR] CVRAT Antiq. — 5 fin. C servavit solus Fabr. — 8 CRANIA TERTVLI Marz.

3596 fragmentum lapidis Tiburtini altum palm. 2,1 litteris unc. 6—4½ VIOL. Rep. a. 1734 (prope Tibur) *nella tenuta di Vetriano, disfacendosi un sepolcro antico di grossissimi lavorati travertini composto* VVLPI (Cort.); *nella tenuta di Midriano ora di Vitriano* REV. Tibure, loco accuratius non indicato OSANN. Apud Violam VIOL.

MATVCCIAE · L · F ·
m. POMPEIO · MACRINO P | *iuuentio celso* p. C. 164
COS

Vulpi diss. acad. Corton. II p. 183, apud Calogeram *racc.* 19 p. 138 n. 37, Lat. 10 p. 382 (inde Mur. 335, 5); Revillas sched. Berol. bis; Sebastiani p. 416; Osann syll. p. 566 n. 22; St. Viola *giornale arc.* 118 (1850) p. 267.

1 MATTVCCIAE·L·F Vulpi (Cort.) cum Rev. I, MATTVCIAE·L·F Vulpi (ap. Cal., Lat.) cum Rev. II., MATVCCIA Seb. Osann, TVCCIAE Viol. — 2 ..OMPEIO Viol. — 2 fin. P habet solus Viola. — 3 spatium ante COS vacuum relictum esse testatur Osann.

L. Matuccius Fuscinus legatus legionis tertiae in Africa anno p. C. 158 notus est ex titulis huius Corp. vol. VIII n. 2501 et 2630, quorum alterum posuit una cum uxore et Matuccia Fuscina filia. Huic Matucciae Fuscinae potest fuisse dedicatus hic titulus.

3597 cippus magnus marmoreus integer. Rep. Tibure anno 1833 in operibus Anienis deducendi gratia institutis, *essendosi proseguito lo sterro della terra nella già vigna Lolli presso il cunicolo a destra dell' imbocco* S. VIOLA. Extat ibi prope ubi repertus est, in hortis publicis.

S E N E C I O N I
M E M M I O · G A L
A(F)R O · C O S · P R O C
urceus S I C I L · L E G · P R · P R patera
P R O V I N C · A Q V I T A N
L · MEMMIVS · TVSCILLVS
SENECIO
PATRI OPTVMO

Descripsi. Amati ms. Vat. 9774 f. 25, *giornale arcadico* 58 (1833) p. 298; S. Viola *giornale arcadico* l. c. p. 341, *cronaca dell' Aniene* p. 130; Folchi *dissertazioni dell' accadem. pont. arch.* VI (1835) p. 82; Massimo *relazione* p. 382 n. 10 (inde P. H. Visconti *giornale arcad.* 76, 1838, p. 322); Nibby *analisi* 3 *p. 212; St. Viola *decennio* p. 35; Henzen *bull. dell' Inst. arch.* 1849 p. 93, syll. n. 6907.

Senecio Memmius Afer consul suffectus fuit sub Traiano; cf. supra n. 2243 v. 5.

3598 fuit basis marmorea, nunc non extat nisi frons de ea desecta. Tibure [Romae GRVT. errore] in S. Archangeli SIED. BRVN. ACC. METELL. Romae in hortis Iustinianis ad portam Flaminiam BIANCH. SEG. MAR. Nunc in museo Vaticano (Gall. lap. mag. I). — S. l. CITT. — In eadem basi extabat, nunc extat divulsus ab ea in museo Vaticano (Chiaramonti) titulus Graecus Latino multo recentior editus C. I. Gr. n. 5977 (vide supra ad n. 3554).

POST · MIMISIVS · C · F · SARDVS
TR · MIL · Q · AED · PL · PR · LEGATVS
TI · CAESARIS · AVG · PRO · COS · PRAE*f*
FRVMENTI · DANDI · EX · S · C ·

Descripsit Henzen. Sieder f. 74 (inde pendet Apianus 186, 5; ex hoc Smetius ed. 146, 18; ex Smetio Grut. 188, 1; ex Grut. Orelli 3141); Brunelleschi f. 70; Accursius ms. f. 10; Metellus Vat. 6040 f. 51; Cittadini Marc. ad p. 29 et apud Manutium Vat. 5253 f. 317'; Bianchini Ver. 348 f. 27; Seguier Paris. f. 82; Marini ms. Vat. 9121 f. 153.

1 MIMESIVS Seguier, MIMISIVS reliqui veri auctores omnes, et ita excepit Henzen. — 3 fin. F ne antiqui quidem viderunt.

Homo origine Umber Asisinas; cf. huius Corp. vol. I n. 1412, ubi nominatur alter *Post(umus) Mimesius* (nam *Mimes.* est illic) *C. f.*, qui huius Postumi Mimisii Sardi potest fuisse avus.

3599 basis magna marmorea. Rep. Tibure ibidem ubi n. 3592 d. 3 Mart. 1846. Extat in curia.

L · MINICIO · L · F · GAL · NATALI
QVADRONIO · VERO · COS · PROCOS
PROV · AFRICAE · AVGVRI · LEG · AVG ·
PR · PR · PROVINCIAE · MOESIAE · INFER
CVRATORI OPERVM PVBLICORVM
urceus ET · AEDIVM · SACRAR · CVRAT · VIAE patera
FLAMIN · PRAEF · ALIMENTOR · LEG
AVG · LEG · $\overline{VI}$ · VICTR · IN BRITANNIA
PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO
QVAESTORI · CANDIDATO · DIVI
HADRIANI · ET · EODEM · TEMPORE · LEGATO
PROV · AFRIC · DIOECESEOS · CARTHAGINIEN
PROCONSVLIS · PATRIS · SVI · TRIB · MIL · LEG · $\overline{I}$
ADIVT · P · F · ITEM · LEG · $\overline{XI}$ · CL · P · F · ITEM · LEG
$\overline{XIIII}$ · GEMIN · MARTIAE · VICTRIC · $\overline{III}$ VIRO
MONETALI · A · A · A · F · F · PATRONO · MVNICIPII
CVRAT · FANI · HERC · $\overline{V}$ · DECVRIONES · TIBVRT
EX AERE · COLLATO · Q · Q · MAXIMI · EXEMPLI

in latere intuenti dextro:

CVRANTE
M · TVLLIO · BLAESO

Recognovi. *Diario Romano* 2 Mai. 1846; Melchiorri in ephemeride *il Saggiatore* 6 (1846) p. 271; Grifi *giornale arcadico* 109 (1846) p. 253, *dissertaz. dell' accad. pont. arch.* XIII p. 306; St. Viola *decennio* p. 269; Henzen, qui vidit, ann. inst. arch. 1849 p. 223, syll. n. 6498.

Tractavit Borghesius apud Melchiorrium l. c., opp. 8 p. 46 seq. et potissimum p. 60 seq. Idem L. Minicius Natalis Tibure dedicavit titulos duos supra editos alterum Herculi n. 3554, alterum Graecum Aesculapio (vide ad n. 3554), praeterea unum in Etruria prope Canino Apollini (Borghesi 8 p. 48), unum Viterbii Serapidi ut conicio (ann. inst. arch. 1849 p. 224), denique unum nescio cui numini Romae vel prope Romam (eph. ep. 4 p. 271 n. 768) (nisi hic dedicatus est a patre); titulos ipsi positos habemus Barcinone, unde erat oriundus, Corp. II n. 4510. 4516 — ibi una cum patre posuit titulum Corp. II n. 4509 — et Megaris (Eph. ep. I p. 251 = Lebas II n. 57). Proconsul Africae videtur fuisse a. p. C. 139, teste titulo huius Corp. VIII n. 4643. Consulatum eius anno fere 127 p. C. attribuit Borghesius p. 64.

XXX. TIBVR (p. 365).

ad p. 372. Mauri Sarti monachi Camaldulensis, cuius apographa inscriptionum Tiburtinarum non noveram nisi per Marinium et Sanclementium (cf. ad n. 3613), schedae autographae extant in bibliotheca Berolinensi (lib. pict. A 61t). Insunt inscriptiones n. 3544. 3557. 3558. 3572. 3596. 3613. 3635. 3686. 3713. 3734. 3793. 4076 pleraeque descriptae a Sartio in aedibus Boschi.

---

ad n. 3572. Extabat cum vidit Maurus Sarti (cf. supra), ʻin vinea Benedicti Boschi ad 4 mil. pass. infra Tibur versus agrum Romanum citra Anienemʼ.

---

ad n. 3581. Integram exhibet E. Q. Viscontius cod. Par. 9697 f. 157*a*: FORTVNAE AVGVSTAE | SEX · AVFIDIANVS · SEX · F · ARN | CELER · PRAEF · FABRVM | IIII VIR AEDILIS · IIII · VIR | IVR · DIC · IIII · QVINQ | QVAESTOR · IIII *cet.* Abrasum esse versum post primum Viscontius non adnotavit; videturque Amatius in ea re erravisse. Ceterum cum Viscontius exhibeat sine ulla loci indicatione, valde dubitare coepi, num verum sit quod Amatius perhibuit de origine Tiburtina. Tribus Arniensis magis videtur indicare unam ex civitatibus Etruriae suburbanae.

---

ad n. 3645. Maurus Sarti vidit Romae ʻapud Blasii [?] lapidicidamʼ (una cum urbanis vol. VI, 678. 9010 al.).

---

ad n. 3664. V. 4 pro EX · EXSEDRAM scribe ET · EXSEDRAM.

---

ad n. 3679. Iidem quattuorviri nominantur in inscriptione recens reperta n. 4256, unde apparet L. Alfenatio cognomen fuisse Prisco.

---

ad n. 3683. Edidit etiam Aug. v. Kotzebue *Erinnerungen von einer Reise nach Rom* vol. III (1805) p. 94 neglegenter descriptam; v. 2 fin. habet ME (pro MI); reliquos eius errores enumerare nil attinet.

---

ad n. 3692. Consules sunt anni p. C. 143 (non 124).

---

ad n. 3793. Etiam Maurus Sarti in schedis Berol. v. 1 exhibet SECVRITA sine lacunae nota, item vv. 4—5 AE contignatas, v. 5 fin. SEVI.

4234—4267 anno 1886 et ineunte anno 1887 repertus est inter rudera dicta vulgo villae Maecenatis, effossionibus institutis a sociis appellatis *delle forze idrauliche*, ingens numerus inscriptionum publice a Tiburtinis positarum (item inscriptionis olim notae n. 4235 fragmentum novum). Edidit eas Gatti in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1887 p. 28—33. Praeterea de eisdem effossionibus egit Borsarius *notizie* l. c. p. 25 seq. — Ea quae supra p. 366 seq. de re publica Tiburtinorum exposui, novis his inscriptionibus repertis confirmantur in universum; novum est collegium aedituorum Herculis memoratum in inscriptione n. 4257.

4234 parvus cippus marmoreus.

M · CAERELLIVS
IAZEMIS · Q · Q ·
PISTORVM · III ·
ET · PERP · ET ·
urceus CODICARIVS · ITEM patera
MERCATOR
FRVMENTARIVS
INVICTO
HERCVLI
EX VOTO · D · D ·

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 150.

Homo Ostiensis, ut apparet ex honoribus, quos sibi adscribi voluit (alterum M. Caerellium Ostiensem habemus n. 70) Herculi Tiburtino votum solvit. — 2 Iazemis cognomen oriundum ut videtur ex Syria; Iazemus aliquis est, ut monuit Gattius, huius Corp. vol. VI n. 6476. — 4 vide ne punctum inter PERP et ET sit delendum.

4235

*libe*RALITATES · PVL
*imp. caes. t*RAIANI · HADRIA*ni augusti pont. max*
trib. pot. x· X · COS · III · P · P · IM*p. ii*
*erg*A · PROV*inciam* HISPANIAM BAETICA*m*
III · ID · AVG · Q · A*quilio nigro m.* REBILO APRONIANO · COS · IN · A — a. 117
IIII · K · IAN *l. tutilio luperco p. calpu*RNIO · ATILIANO · COS — a. 135

Fragmentum maius a me ipso descriptum qui ediderint vide supra n. 3577. Minus nuper repertum descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 *p.*

Agitur, ut dixi ad n. 3577, ʻde liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam, ex qua ipse oriundus, conlatisʼ, verum non solum ab eo anno, sed inde ab eo ipso die quo imperium susceperat — diem enim III iduum Augustarum natalem imperii celebrari voluit Hadrianus (vita c. 4) — usque ad diem IIII vel XIIII kalendarum Ianuariarum (d. 29 vel 19 Dec.) anni 135, quo die hic titulus scriptus esse potest; vicesimam enim tribuniciam potestatem Hadrianus iniit non kalendis Ianuariis anni 136, sed die IIII id. Decembres anni praecedentis (cf. Mommsen *Staatsrecht* 2 p. 777). — 1 fin. praeter supplementum quod sponte se praebet *pub*[*lice*] vel *pub*[*licae*] cogitari potest etiam de *pue*[*ris puellisque*], ut significetur institutio alimentaria.

4236 fragmentum cippi.

*ca*ES A*r*
...

Descripsit Gatti ediditque *notizie degli scavi* 1887 p. 32 s.

4237 basis marmorea.

M' · ACILIO · M' · F · GAL ·
GLABRIONI
CN · CORNELIO · SEVERO
COS ·
PONTIFICI · IIII · VIR · A · A · A · F · F ·
VI · VIR · TVRM · EQVIT · ROMAN ·
TRIB · MIL · LEG · XV · APOLLINARIS
SALIO · COLLINO · LEG · PROV ·
CRETAE · CYRENAR · LEG · PROV ·
AFRICAE · QVAEST · IMP · CAESAR
T · AELI HADRIANI ANTONINI · AVG · PII
*pr*AETORI · LEG · ASIAE · S · P · Q · TIBVRS
*pat*RONO · MVNICIPI Q · Q · DESIGNAT*o*

Recognovit Gatti. Ad ectypum missum a Bulgarinio edita est *Notizie degli scavi* 1886 p. 277. Misit etiam Rossius.

Est consul ordinarius a. 152 cuius plenum nomen et honores hic primum titulus patefecit. Filius sine dubio consulis ordinarii a. 124. Ceterum idem occurrit in inscriptione supra edita n. 2484 cf. add. p. 492.